



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de**

**Coloniae, 1573**

**VD16 T 1629**

Cap. III. Defensio doctrinae de solenni benedictione sacerdotali nuptiarum  
in epistola Euaristi: de causa eius, & vtilitate: & responsio item ad id, quod  
in huiusmodi traditiones obijciunt ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29685**

*Defensio doctrinae de solemnibus benedictione sacerdotali nuptiarum, in epistola Euaristi: de causa eius & utilitate: & responsio item ad id, quod in huiusmodi traditionibus obijciunt Magdeburgenses, esse laqueos conscientiae.*  
 Cap. 3.

**A**C rursus, ut iam ad illud alterum de publica & solenni in templis benedictione nuptiarum, quam reprehenditis, veniam, si quod in Genesi de Adam & Eva scriptum est, Benedixitque illis, & ait, Crescite & multiplicamini: similiter secundum traditionem à maioribus relictam, & in ecclesia catholica per omnes mundi partes conseruatam interpreta-  
 mini, nunquam epistolam grauissimam sancti Euaristi Apostolici pontificis propter benedictionem nuptiarum, quam secundum traditionem Apostolorum sanxit, accusaretis. Aliter enim, inquit, ut à patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus, non fit coniugium: & quae sequuntur. Quia enim Dominus in Adam & Eva primis coniugibus, ceteris omnibus coniugibus benedixit: qui postea usque ad consummationem seculi, secundum illam à principio legem coniugalem per os Adae omnibus coniugibus pronunciatam copulandi erant, & quia in illis ab initio coniugale foedus tam excellenti mysterio consecrauit, ut in eo magnum vnionis Christi & ecclesiae sponsae sacramentum, ut nos Apostolus docuit, designaret: idcirco sancti Apostoli tanquam illius diuinae benedictionis & sacramenti nuptiarum interpretes, & religiosi cultores, diuine tradiderunt, ut quod erat sacramentum, ut omnia honeste & secundum ordinem fierent in nobis, sacerdotali ministerio cum precibus & oblationibus honoraretur: & noui coniuges benedictionem sacramenti ecclesiae per ecclesiasticos ministros, ut decebat, acciperent. Sed quia noui heretici negant quoque sacramentum esse coniugium, differant de hoc postea aduersus eos. nunc ad illud respondebo, quod hic potissimum isti accusant, nempe quod ad hunc ritum publicae huius & solennis benedictionis nuptiarum, necessarium omnes ecclesias obligari pontifex Euaristus vult: atque hoc quidem ad humanam traditionem, & laqueum conscientiae iniectum pertinere putant. sic enim dicunt, quod quidem nunquam dicerent, si quid sit laqueum iniicere apud Paulum, intelligerent. tunc enim laqueus iniicitur, si de quo Christus consilium dat, & non praecipit, quia fit arduum quid, & communes hominum vires superans, idem postea lege composita cuius iubeatur, quod est per vim legis quasi laqueo ad id trahere. Hinc Salomon in Proverb. Laqueus, inquit, viro, celeriter proprio ore sanctificare: post votum namque poenitere contingit. Hunc locum imitatus Apostolus, hortans ad vitam caelestem, & nulli eam imperans, cum sciret Dominum dixisse: Qui poterit capere, capiat: postquam commoditatem eius vitae ad seruandum Deo expeditius ac liberius, exposuit: subiungit: Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniiciam: id est, non ut, quod in vestra

Vuu potestate

potestate est, promittatis, & postea promississe poeniteat, ad quod seruandum per vim postea tanquam laqueo legis iniecto trahi necesse sit: sed tantum, inquit, ostendi, quis hinc manaret fructus. Frequens est in scripturis

- Pro. 6.** vocari laqueum legem, vt cum ait idem Salomon: Laqueus fortis, labia proprij oris. nempe quia tenetur lege constrictus, qui promissit, & rursus,  
**Pro. 13.** Lex sapientis, fons vitæ: insipiens sub laqueo morietur. Hoc dicit, quia lex  
**1. Tim. 1.** imposta est, sicut Apostolus ait, iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus. hi omnes sunt insipientes, quos Salomon dicit, qui dū legem nō seruāt, efficitur eis lex fons mortis, & laqueus interitus. Et rursus in Proverb.  
**Pro. 22.** In vijs tortuosis tribuli & laquei: laqueos vocat leges positas iniquis, qui non ambulant vias directas, sed obliquas, in quibus sub ijs legibus, quas transeunt & violant, tanquam sub laqueis intereunt. Interrogemus ergo nunc Magdeburgenses, qua ratione sit laqueus lex benedicendi publicè ac soleenni ritu in templis nouis nuptis cum maritis, antequam conueniant in vnum? An quia optio libera est, non benedicere? minimè. non enim hoc in Euangelio ostendi potest, sicut ostenditur libera optio vitæ cælibis ei, qui nondum vouit, & idè illi iuberi non potest, quin iubendo laqueus iniiciatur. Licuit ergo sanctis Apostolis hunc ritum iubere & tradere, vt quidem tradiderunt, vt sanctus Euaristus testatur. Quod si huic epistolæ Euaristi, in qua hoc notatis, non creditis: interrogate omnes ecclesias Orientis & Occidentis, an hunc ritum teneant & seruent? vndè ergo acceperūt, nisi à sanctis Apostolis? si hoc accusatis, quod omnes ecclesias hac lege obligari Pontifex voluit, at non hoc Pōtifex solus Euaristus voluit, sed sancti Apostoli prius voluerunt, à quibus traditum & custoditum esse affirmat: quare Apostolos hic accusate. immò accusate Paulum Apostolum, quod cum

*Quædā apostoli præceperunt ecclesie, qua Christus nō prius præceperat.*

**Tertull.**  
**Ambrosius.**  
**Chrysoft.**  
**Hieronymus.**  
**Theodoretus.**  
**Seuerianus**  
**Gabalonen.**

Dominus non præcepisset prius in Euangelio, vt si quis frater vxorem haberet infidelem, & hæc consentiret habitare cum eo, non dimitteret eam: Paulus tamen præcepit: non enim dicit, Quod vult, faciat: ita vt optionem det, & liberum relinquat non dimittere: neque dicit, Melius faciet, si non dimittat: sed dicit præcipiendo, Non dimittat eam. Quod magis adhuc intelligi potest ex eo, quod deindè subiūgit: Quod si infidelis discedit, discedat. non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: ergo non dimittere eam, si consentit habitare, ad seruitutem & obligationē pertinet, qua tenetur fidelis manere cum infideli consentiente habitare, alioquin non diceret, cum non consentit habitare, remanere infidelem liberam ab illa seruitute & obligatione. sic etiam grauissimi authores intellexerūt, Tertull. lib. 1. ad vxorem, Ambr. in cōment. epist. ad Cor. item Chrysoft. licet interpres non intelligens verbum Græcum *περὶ νόμιμον*, malè consulendo acceperit, Hierony. in Com. Esa. cap. 15. Theodore. in Com. Pauli, Seuerianus Gabalonenfis explanans illum locum, Vnumquenque sicut vocauit Deus, ita ambulet. Dicite ergo Paulum iniecisse laqueum: immò accusate omnes vestros legeslatores, quicumq; vobis leges sanxerunt, id est,

id est, vt vos interpretamini, laqueos iniecerunt: quia ijs ipsis legibus obligare voluerunt. Ac rursus, si ad id, quod sanctum & vtile est, obligari omnes ecclesias, iugum durum est, & id accusandum esse iudicatis, accusate etiam cetera Apostolorum praecepta. Sed vultis fortasse, vt leges non sint laquei: Recte, Seruate illas, & fient vobis fons vite, sicut ait Scriptura. Sic quoque de hac lege benedicendi coniugibus dicendum est. Deinde, si lex utilis est, quis neget obligationem eius vtilem & salutarem esse? Videamus igitur, quorsum spectet, coniugibus cum precibus & oblationibus in ecclesia benedici à sacerdotibus: èd scilicet, vt bonae soboles generentur, & Domino in actibus suis placeant, vt idem pontifex Euaristus ait. An parua haec utilitas? aut nunquid, quantum preces apud Deum valere possint & soleant, ignoratis? si cibis, quo alimur, per verbum Dei & orationem sanctificatur, vt idem sanctificatus, corpori & animae utilis efficiatur: dubitabitis, quin coniuges per orationes & sacerdotalem benedictionem sanctificati, ad bonas proles generandas proficiant? Praeterea, de vxore inquit Apostolus: *I. Tim. 2.* Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanerint in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate, siue potius cum castitate, vt B. Hieronym. scribens aduersus Iouinianum, legendum esse affirmat, ex quo intelligant parentes, inquit B. Ambrosius in libro de virginibus, quibus virtutibus filias erudire debeant, quarum meritis delicta sua redimantur. Virgo enim, inquit, matris est hostia. & beatus Basilius in libro de virginitate, Si non manserint, inquit, filij in fide, dilectione & sanctificatione cum castitate, tenebuntur parentes crimine transgressionis. vnde statim subiungit: Suadeat pater filio, & mater filiae, vt casti sint in Christo. *κοινὸν γὰρ τὸ γέννημα*, id est, communis enim est proles. Si igitur tantum interest parentum, vt eorum studio & vigilantia filij bonis moribus instituantur, vt in filiorum probitate salus parentum pendeat: contra verò, in vitio pendeat interitus ex incuria & indulgentia: quid magis in hac re necessarium, diuine institui & tradi ecclesiae sanctae potuit, quam vt sacerdos nouis coniugibus per verbum Dei & orationem benedicat, vt bonae soboles, sicut Euaristus ait, ad salutem parentum generentur, id est, tales, quae in fide, dilectione, sanctificatione & castitate, studio sancto genitorum permaneant? Etenim si oratio priuata iusti multum valet apud Deum, quis dubitet, quin multo plus valeat ad sanctificandum oratio publica sacerdotis nomine ecclesiae, quam Christus Deus noster ita sanctificauit, vt exhiberet eam sibi sponsam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt esset sancta & immaculata? Denique, vt hunc locum finiam, accusare Apostolicum ritum ecclesiae catholicae in benedicendo coniugibus in templo, quid aliud est, quam velle, vt coniugium Christianorum nihilo sanctius sit apud nos, neque magis à nobis honorandum, quam ab infidelibus suum coniugium? at si ita fieri oportet, & non excellit coniugium Christianorum, neque plus gratiae accipere, neque plus sanctificationis praestare debet, quod est, quod Apo- *Ephe. 5.*

1. Cor. 7. stolus ait: Sanctificatur enim vir infidelis per mulierem fidelem, alioqui filij vestri immundi sunt, nunc autem sunt sancti? an hoc dici potest de matrimonio coniugum infidelium? Quod si non potest dici, an non decet, ut cum precibus & oblationibus benedicatur, orante sacerdote, ut tales ex coniugibus Christianis procreentur, quales sacramentum Christiani matrimonij decet? Nihil amplius faciet ecclesia in coniugio Christianorum celebrando, quæ ex Apostolo, ut paulò antè dixi, didicit magnam vniõnem Christi & ecclesiæ sponsæ in carnè vnam, qua nutrit & fouet eam, in vniõne coniugali mysticè significari, & quæ legit apud Salomonem, à Domino aptari mulierem viro: & apud prophetam Malachiam, Dominum testificari inter virum & vxorem: nihil, inquam, ampliùs faciet, quàm infideles sine Deo, & sine scriptura sancta in hoc mundo, qui hæc ignorant, qui nihil horum credunt, quibus hæc omnia fabula sunt. Sed de his hæc tentis.

Eph. 5.

Pro. 15.

Mal. 2.

*Defensio doctrinæ de aqua bened. Et cum sale, ad sanctificationem populi adspargenda, in epistola Alexandri. Et contra scripturas esse, quod tradunt Magdeburgenses, idololatriam esse, quicquid fiat ad cultum Dei sine mandato eius. & aliquid de traditionibus Apostolorum sine scripto.*

## Cap. 4.

33 **S**equuntur alia, quæ deinceps calūniantur Magdeburgenses. & de aqua, 33  
33 inquit, benedicta Alex. 1. sed quia idem notârunt priùs, & multanos 33  
33 superiore libro de benedictione aquæ ex scripturis sanctis respondi- 33  
33 mus, non est neccesse eadem repetere. illud tamen hîc isti addiderunt, quod 33  
33 aquæ cum sale benedictæ, vis sanctificandi adspersos adscribitur, id quia si- 33  
33 ne mandato Dei fiat, idololatriam esse & superstitionem. Hæc sunt ab im- 33  
33 pio Caluino, quanquam inimico, mutuati, ut solent hæretici alij ab alijs 33  
33 mutuari. Tradit enim Caluinus in suis impijs institutionibus, omnes Dei 33  
33 cultus voluntarios sine Dei mādato, Deo esse odiosos: Hoc verò Magdeb. 33  
33 cū exaggerarent, ad idololatriam pertinere dixerūt. nihil est enim odio- 33  
33 sius Deo idololatria & superstitione. Repetam ergò hîc, etsi non omnia, 33  
33 quæ Caluino ad hunc locum lib. 2. de votis monasticis respondi: An si quis 33  
33 se castrare voluerit propter regnum Dei, ut hoc vitæ modo & instituto 33  
33 Deum colat, aliquid faciet Deo odiosum, adde etiam superstiosum, cū 33  
33 hoc potiùs insigniter idem Dominus laudârit? aut nunquid non hoc fa- 33  
33 ciet sine mandato eius, qui cū hoc mandare nollet, tanquam aliquid 33  
33 arduum & supra naturam, subiungit: Qui poterit capere, capiat? Deindè 33  
33 in veterè lege, quæ tot ac tantis mandatis abundabat, cultus Dei volun- 33  
33 tarius sine mandato eius, non erat Deo inuisus, sed potiùs gratus, quomo- 33  
33 dò in nouo testamento erit? Bouem, inquit, & ouem, aure & cauda ampu- 33  
33 tatis, voluntariè offerre potes: votum autem ex eis, solui non potest. Di- 33  
33 stinxit planè hoc loco Lex, quod ad Dei cultū ex mādato fit, cuiusmodi est 33  
33 votum

Matth. 19.

Leuit. 22.